



55) 606 (50) 1000 CORRORUM  
**INSCRIPTIONUM  
ANTIQUARUM RE-  
PERTARUM**  
*CLASSIS UNDECIMA.*

**STUDIORUM, ARTIUM,  
OFFICIORUM MINORUM,  
NEGOTIATIONUM.**

I.

*Tergeste.*

C. ALFIVS. L. L. ISOCRYSVS. MEDICVS  
L. ALFIVS. ISOCRYSI. FIL. EVDEMVS  
SIBI ET PATRI ET  
ALFIAE. L. L. ATTICAE. VXORI  
SIBI. ET. SVIS.  
BONVS. HOMO ET TV.

è schedis Langerm.

**L**ausula hujus cippi sepulcralis, cætera enim satis clarent, interpretem desiderat; non autem haberi debet pro ludiero marmorarii, qvod genus nonnunquam observamus: sed explicanda ex more, qvo prætereuntes defunctis bene precari, in primis Terram Levem solebant; dramaticâ autem fictione defuncti salutantibus respondere. Hinc illi in epigrammatibus antiquis Mortuorum Vivorumqve Dialogi. Concipio Viatoris salutationem hanc fuisse, ut defuncto, cuius nomen præscriptum legerat, laudem Bonitatis posthumam tribueret, reddere autem conditum sub saxo vicem, & qvidem iisdem verbis, sumtis ἐλεπτινᾶς. Sic in Volsiniense 10. DCCCCV. cum in lapide interius EVNVS FECISSE SIBI SE VIVO profiteatur; in exteriore limbo supra, ET TIBI; infra ET TV. expressum est; converso nimirum ad forte inspectantes & quacunqve formulâ bene precantes sermone. In Veneto 5. DCCLXXIX. postquam depositæ ad clamasset vel tamen fingeretur ὁ δεῖνα, ΧΡΗΣΤΗ ΧΑΙΠΕ; reddit

INSCRI-

